Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ria priora: & non ascendent super cor eius audebitis & exultabitis usq; in sem piternum: in his quæ
ego creo, Lxx. Obliuiscetur enim tribulationis priores: & non ascendet super cor eorum;
Et ut enim cælum nouum & terra noua & nunc cor dabitur priorum & non uenient super cor eorum; Sed gau
dium & exultationem: inuenient in ea; Causa lætitiæ & confessionis diuersa est: qui æterna an
gustiarum priorum succedit oblivio: utnequaquam idolorum meminerint & erroris pristini: sed ad
lucem de tenebris transeant: æterna beatitudine perfruantur; obliuiscetur enim pristina
mala: non oblivione memoriæ: sed successione bonorum; Iuxta illud quod scriptum est; In die bona
obliuio malorum, et alibi, Adfluctuo dorę oblivionem facit deliciarum; Eo quod in angustiis constitutæ
nequaquam uoluptatib; pristinis iuxta errorem epicuri animo perfruantur: licet possit. & hoc dici
quod in cęlo nouo & terra noua: omnis conuersationis pristinę memoria deleatur; Ne hoc ipsum
pars malorum sit: prioris angustiæ recordari; Cælum autem nouum & terram nouam qui putant
omnia interire quę cernimus: euangelii interpretantur testimonio: cęlum & terram pransibunt;
Et Pauli apostoli, quę enim uidentur temporalia sunt, quę autem non uidentur: æterna; por
ro quinouitate commutationem in melius: & non eleminorum arbitratur interitum: illo utuntur exemplo;
A principio terram tu fundasti dne: & opera manuum tuarum sunt cęli; Ipsi peribunt: tu autem permanes:
& omnis sicut uestimentum: in uetere sed quasi amictum: in uoluet eos: & mutabuntur; In quo perspicue demonstratur perditionem & in
teritum: non abolitionem in nihilo: sed commutationem sonare in melius; Neq; enim illud quod in alio loco
scriptum est; luna fulgebit ut sol: & sol septuplum lumen accipiet: interitum significat pristinorum:
sed commutationem in melius; Quod ut possit intellegi in hoc conditionis ponamus exempla; Infans cum
in puerum creuerit: & puer in iuuenem: & iuuenis in uirum: & uir in senem: nequaquam per singulas ætates
idem enim est qui prius fuit: sed paulatim immutatur: & ablati pristinę perisse dicitur; Quod
intellegens: & paulus apostolus loquebatur; Præteriit enim figura huius mundi; Consideremus
quid dixerit figura præteriit: non substantia; Hoc idem significat: & petrus; Et tunc eos hoc uolentes
quin cęli erant ab initio: & terra de aqua: & per aquam di sermone subsistit; per quę prior mundus
inundatus diluuio periit: cęli autem qui nunc sunt & terra: eadem ratione seruantur igni;
Quod quo sensu accipiendum sit: post modum docet; Nouos autem cęlos & nouam terram uidebimus:
& repromissionem eius: Non dixit alios cęlos: & aliam terram uidebimus: sed uetes & antiquos
in melius commutatos; possumus hoc dicere: quod conuersi ab idolatriæ pristino errore deserto:
nouos cęlos & terram nouam uideant, Neque aquam arbitrantes elementa deos: & ea quę nascuntur
ex ea; Hunc confitemur: cęlum & terram opera esse mundi; Illo autem tempore seruos